Google

### Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

### Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

+ *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
+ *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
+ *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
+ *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertati di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

### Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da `http://books.google.com`

# Libellus Joſephi Grünbeckii de Mentulagra alias morbo gallico

Georꝫ Gadij exorati ad Joſephū Epigramma.

Seuit in humanis noua dum veſania membris:
  Et dolor et ſanies corpora tota premunt:
Nec ſcit opem Peon quiſꝗ ꝓmittere certam.
  Jgnotiqꝫ mali pellere contagiū.
Expertus morbi furias: medicamina Joſeph
  Porrigis: vnde mali ſemina nata docens.
Nature reparator ades: das ipſe. quod olim
  Hipocrates graijs: Muſa quod et latijs.
His igitur telis leſus quicunqꝫ. ſalutem
  Ferre ſibi ſi vult: querat ab arte tua.
Sanatuſqꝫ: tibi tantos decernat honores
  Hipocrati quantos Grecia cuncta dedit.

Hain* 8089
Attinet Tegernſee Empty Anno 1506
Cunt ij

### Aloyſius marlianus auctori Joſepho S·p.dicit

¶ Non poſſum tibi nō debere: cū omnes tibi debeant: dū
ignoti morbi et peregrini: quo parens hoīm ⁊ ſepe nouer
ca natura nō ꝯtenta tot damnaſſet malis europā: eam pe
ne totā aflauit: vnde debere poterant homīes pocius ꝙ̄
occurrere: tu miſertus ⁊ expertus: fontes recludis: cauſas
aperis: ⁊ tibi ꝯſulendo oīmibus ꝯſulis: iuuabit opus mul-
tos: ꝓderit opus multis: cui opto viuere: vt homines vi-
uant. Cū aūt ex equo laudare nō poſſum: admiror: ⁊ lau-
do tamē: cū ſentio: ſolū nō poſſe a malis laudari: qd̄ ſi me
hoīes audient vt mali rideant oīnes laudabunt. Uale·

### Criſtannus Umhauſer lectori

¶ Salue lector bonarꝫ artium amantiſſime· Cū miſeros
mortales quidā perniciolus et deterrimus morbus no-
ſtro ſeculo incognitus inuaſiſſet: et nullus noſtra memo-
ria tanta ingenij ſolertia ornatus fuit: qui ſtrenuum ⁊ fru
giferum huic morbo (quem iuſte ⁊ doctiſſime mentula-
gram auctor nominat) medicamen attuliſſet Sed pluri-
morꝫ hoīm querelam ⁊ grauem corporis offenſam miſe-
ratus Joſephus Bruenpeck Regius ſecretarius vir flo-
renti facundia et excultiſſima eruditione preditus qui vt
pleniori obſequio demereretur cūctos mortales ea ſordi-
da ꝯtagione infectos vnū eruditū opuſculū in lucem edi
dit in quo originem morbi eiuſꝙ ſubſtantiā dietam ⁊ per
fectiſſima ac ſalutaria remedia mira ſermonis elegantia
ſubciſiuis temporibus deſcripſit· Libellus iſte (vt libere
mentis affectū fatear) eſt terſus: elegans: iocundus ⁊ ex
quiſito artificio elaboratus: q̊ in primis hominibus egra
valitudine oppreſſis infirmitatis releuamen ⁊ vberrimū
fructum ſi diſertiſſimi oratoris Joſephi preceptionibus
parebunt allaturus eſt· Uale·

**Proemium Joſephi Gruenpeckij Germani in mentulagram morbum rabidum ſuperioribus ſeculis incognitum.**

Cum exactis temporibus ab omnibus mundi an
gulis quaſdam horribiles calamitates et affli-
ctiones obſtrepere: multaqꝫ incomoda huma-
no generi inferre vidi: inter ceteras obrepſit ab occiden-
tali ſinu: gallico tractu: cuiuſdam infirmitatis tempeſtas:
adeo ſeua: atra ꝛ feda: quod ea nihil quicqꝫ atrocius ter-
ribilius ꝛ ſordidius in mortaliū regione viſum vel audi-
tum eſt: collegit autem ſe primo ſuper inſubriā inſtar pro-
celloſe nubis in ingentem aceruum: deinde per magnum
celi ſpacium: totam Ligurum prouinciā: vi ventoꝝ ſpar
ſa: horridam ꝛ peſtiferam veneni ꝓcellam paſſim in Gal
lorum exercitus (quos ibi forte Karoli eorum regis am-
bitio et Italie ſubigende libido conſcripſerat) deorſum
egit: nōnulloſqꝫ milites ꝛ eius loci accolas tanta feditatis
ꝛ putredinis colluuione: tantiſqꝫ dolorum cruciatibus per
cuſſit: quantos humana lingua haud facile verbis conſe-
qui poteſt. hinc infectio (ↄtagione duce) per totam Li-
guriam ceteraſqꝫ Italie oras: Germaniā ꝛ Hiſpaniam ꝛ
omnes mundi partes craſſata: humanū genus mirūim-
modū afflixit ꝛ hodie diriſſime excruciat. Cum igitur ho
mines hac dira pernicie tam miſere laborantes aſpexi: et
nulla admiratione inſolitum prodigiū ſatis complecti po
tui: percupidus cognoſcendi noui mali originem. ſ. quo e
fonte emanarit: deorum ne diſpoſitio: ſtellarum opus: fa-
torum machinatio: an fortune ludibrium exiſteret: ac etiā
que eius natura foret: ꝛ quo nomine appellari: et quibus
remedioꝝ virtutibus repelli poſſet nullā laboribus meis

quietem dedi cum̄ aſtronomoꝝ rationaria de plauetarū
congreſſibus ſcrutando: tum nature ſecreta ſacrarūq̄ lit-
terarum miſteria exquirendo donec aliqualem de his re-
bus noticiam ⁊ intelligentiā attigi: atq̄ inde conſcribens
in libellum (cuius titulus eſt de malo francico) congeſſi.
Uerumquidem cum paulopoſt Auguſteñ in oppido ro-
gatu quorundā ſodaliū et cōmilitonum meoꝝ quodā die
ꝯuiuium inſtituiſſem: cui non ſolū bachus ⁊ ceres ſed etiā
venus intererat: medie voluptati ſeſe ingeſſit infenſa hu
manarum peſtium nutrix contagio innumera iſtius infe
ctionis ſpicula gerens: cuius horrore territi relictis epu-
lis oēs aufugimus: ſed vix pedes extra portas Auguſteñ
in agrum emoui: dū terrorem per frigida membra fuſum
aliaꝝ rerū obiectis expellere elaborarem: infelix numen
me a tergo ex improuiſo adortum grauiſſime ſauciauit:
quo vulnere totus infectus duobus fere annis a ceſaris
ꝯſuetudine: ſocioꝝ contubernijs et oīm agendarū rerum
cura alienus in lecticula lucubratoria mille cogitationū
formas: totidemq̄ imaginationū figuras fruſtra cudere
coactus fui. interim cū diuturnitatem temporis: ſolitudi-
nem ⁊ graues impenſas: multaꝝ etiā fortunaꝝ (vt fit cū
a domino quis ſuo diſiungit̄) negligentiā: ⁊ qđ prius no
minare debebam puſtulaꝝ moleſtias: membroꝝ exulcera
tionem: iuncturarū dolores impacienter ferre cepi: ⁊ me
ipſum ex libello meo quē pauloante edideram ſubleuare
nequiui: oīm medicoꝝ pharmaca (quorū ſaltem copiam
habere valui) potiones: eligmata: diapaſmata et catapo
cia abſorbui ⁊ deglutiui: vt ſcđam valitudinem ocius q̄3
poſſem recuparem: at cū nec illoꝝ induſtrie radio: nec vl-
la medicinarū virtute priſtinas vires recolligere potui: et
tabem ipſam pedetentim ſenſi iſtis membris vim afferre

ſine quoꝝ miniſterio moꝛtaliũ viuere poteſt nemo: ex qua
dã deſperatõe a medicis ⁊ eoꝝ medicamentis ad chyrur
goꝝ immanitatẽ deficio: et lucrionũ qui iam hinc inde ex
om̃ibus ſoꝛdidiſſimis officinis (licentia magiſtratuũ) ad
perdendos homines ꝓuinciatim: oppidatim ⁊ domeſtica
tim diſcurrentes: apud egrotos pꝛo turpi queſtu certant:
imperitiã: incerta ⁊ difficilia eoꝝ experimenta appellaui:
vbi me ⁊ apud iſtos nihil aliud q̃ graues doloꝛes trutina
re: ⁊ vacuã ſtipulã atq̃ (vt ita dicam) ſtramina triturare
animaduerti: reiecta oĩm pꝛeſumptione ꝓpꝛiam ſolertiam
meã contra deterrimũ hoſtem armaui: ⁊ ad pugnã ꝓgre
diens id pꝛe omnibus exacta ⁊ accurata exploꝛatõe edi-
dici: eundem ipſum fatalem inimicũ eſſe pernicioſum Sa
turni ⁊ Martis opus: clandeſtine ⁊ inſenſibiliter in coꝛpa
humana deuolare: incipeq̃ pꝛimo in epate peſtiferã ditio
nem ſuã exercere ſanguinẽ pꝛoꝛſus adurendo: deinde vi-
cina loca coꝛdis: pulmonis: ſplenis ⁊ teſticuloꝝ repeten-
do bilem pituitam ⁊ atram bilem ex naturali diſpoſitõne
pꝛoꝛſus deijcere. Tum huiuſmodi infectoꝝ humoꝝ vene
no nõ ceſſare venas: arterias. neruos. iuncturas et carnẽ
perſequi donec totã ſedem anime ſue intollerabili ſeruitu
ti ſubiecerit: poſtremo cum oĩa interna parent venenoſi-
tatis excrementa hoc eſt puſtulas ⁊ verrucas ad cutis ſu
perficiem elidere et hoc modo quando non rite reſiſtitur
toti coꝛpoꝛi dominari: Quãobꝛem cũ eius aduentũ: diſpo
ſitionem: naturã: conditiones: genus ⁊ ſpecies: vim ⁊ po
tentiã: partim in me ipſo: partim in ſodalium meoꝝ diuer
ſarum ꝯſtitutionum coꝛpibus quos ad vltimã fere tabem
redegerat ſuphabunde cognoui: ſenſi: liquido notaui atq̃
intellexi: imploꝛato diuino auxilio epar ipm̃ in quo plus
virium habet pꝛe om̃ibus ſcalpꝛis aggreſſus ſum: venas

quas epaticas vocitant incidi:⁊ magnā aduſti ſanguinis
partem emiſi· poſtea cepi eum in oppugnationū ꝓpugna
culis calidis videlicet ſtuphis:aliquaꝝ potionū illecebꝛis
ad cutis extremitatem euocare:⁊ interim in viſcera mul⸗
ta pilulaꝝ et medicinaliū potionū genera intoꝛquere: qui
bus eius relliquias pꝛoꝛſus exterminaui meqꝫ ipſum hoc
ingenio ⁊ ſtratagemate ab aduerſario redemi· cum victo
ria igitur ad meipſum letus reuerſus calamū arripui : et
omnia ex oꝛdine multo etiā vberius dilucidius ⁊ vtilius
ꝓpꝛio egritudinis nomine (vt puto) expꝛeſſo conſcripſi·
Quāquidem lucubꝛatiunculā mentulagrici hoc eſt homi
nes mentulagra laboꝛantes:eo etem̄ nomine iſtum rabi⸗
dum moꝛbū inſcripſi:ſedulo voluant ⁊ reuoluāt:imitatio
ne ꝑfecto:deo optimo maximo auſpice : om̄es eius mole
ſtias ſuꝑabunt: Datū in natali ſolo Burckhauſen. tercio
nonas May· Anno mileſimo quingenteſimotercio. Re⸗
gni Maximiliani decimooctauo.

# Libellus Joſephi Gruenpeckij Germani de mentulagra morbo rabido ⁊ incognito

Cum a iuuentute mea miro deſiderio multa vi-
dendi audiendiq; detētus fuiſſem: volens ſemel
appetitui moremgerere: cōmutato paterno ſolo
in alienas oras ad venādas nouitates tranſmigrare: pe-
des primū emoui in Italiā oīm mirabiliū et ꝓdigioſarū
rerum veſtigatricem vbi q̄mprimū tiberinas ripas atti-
gi ex fluuio horribilis vox intonuit: abi: fuge: caue: peſtis
hinc exiet que totū terrarū orbem perturbabit: a qua voce
nō aliter animo conſternatus fui q̄m ſi inſperata fulguris
vis in me contorta mentem a ratione abalienaſſet: in qua
ꝯſternatione neſcio a quo genio in vmbroſam quandā ſil
uam delatus ſum: ibi ad triduū multas curas triui: nāq;
toto ipſo tempore quidā miſerandi clamores formidabi-
leſq; lamentatōes aures meas ſine interuallo occupaue-
runt: que terrorem in omnia membra tranſfuderūt: ⁊ om
nes in capite capillos diſtraxerunt. hinc imploratis omni
bus animi ⁊ corpis viribus vt fuge ꝯſulerent: a loco tam
longe motus fui q̄m lapis a viro ꝓijci poteſt: hic noui lu-
ctus ⁊ eiulatus ſudores ⁊ lachrymas excuſſerūt. cepi ocu
los in omnes partes voluere ⁊ reuoluere an aliquid cer-
nere poſſem: at nihil viui occurrit. tum. quid ſibi vult hec
res o anxiorū cordiū conſolator deus apud meipſum cogi
taui: mitte aliquē mortaliū qui me ex hoc turbulento loco
ad hoīm frequentiā educat ne hic tam miſere peream. in
hijs medijs cogitatibus horriſonus fragor vt cum ſecuris
ad magnā arborem crebrius impulſa caſum ⁊ ſonitū effi
cit auribus meis obuenit. cui forte hoīm ligna ſecantium
auſpicatus preſentiā appropinqui: ⁊ cum oēs ſenſus ad

omnia loca intentos habui ex improuiſo oculi inciderunt in quandā horridā ſquallidāq; beluam ſpeciem hominis preſeferentem: ⁊ innumeris vulneribus atq; exulceratio-nibus confoſſam ⁊ dilaniatam: ac etiā ſopore oppreſſam: que ſub fago arbore decumbebat: a quo aſpectu lumine aliq̄mdiu caruerunt donec reductis a precordijs ad ſingula loca ſua ſpiritibus qui animū reuocare ⁊ corpus ad ſolidos labores corroborare ſolent: recens vigor audaciam ad experiendū ⁊ perquirendū crudelis fere aduentū naturā ⁊ preſagiū ꝓmouit. Igit̄ matura deliberatōe accinctus cum acceſſi dextrāq; manum admoui: vix digitū in laceratū corpus ingeſſi: informe animal ex ſomno ſe colligens in hūc ſermonē prorupit: Quis inſolitus hoſpes ſe hic offert? nō tulit hec ſolitudo humanū pedem in viginti iam luſtris: accede obſecro ſi homo es ⁊ aliqua pietate imbutus atq; oculos vermiculātibus vulneribus meis accomoda: ſum humanitas ipſa a qua illud corporeū decus et quicquid eſt in natura tua preſtans: excellens ingeniū: exquiſitam doctrinā: egregiā rerum ꝓſpicientiā ⁊ alia innumera mutuaſti: hic (vt cernis) multis calamitatū ⁊ afflictionum ſpiculis transfoſſa iaceo: ⁊ longe iam ſeuiora cruciatuum ⁊ anxietatū iacula in ſuperna arce parantur que atrox Saturnus creatoris fortaſſe nutu fretus ꝓpediem in me vibrabit. Namq; hic nature ⁊ oīm creaturaꝝ inimicus pauloante ipō anno quarto ⁊ octogeſimo ſupra quadringenteſimū et mileſimū Jouem in ſcorpione Martis domicilio gradientem clandeſtine ſupgreſſus dummodo cum eo coiuit inique oppreſſit: qđ is nullo me ſalutari radio iam afficere poteſt: id eīm a ſeptingentis ⁊ ſex milibus annis in ꝯſuetudinem deductū eſt ꝙ quicquid ſuperi indignationis ꝯcipiunt vel ꝯtrarietatis inter ſe agitant id to-

tum ſuo tempore in me miſerā tundunt: vnde ⁊ hic expa
ueſcendus ſuperiorꝝ ſyderū cōgreſſus ſtigma mihi inuret
qđ nulla temporꝝ breuitas extinguere poterit: hoc inquā
ip̄m cor mihi pſ̄agit mali quo nihil vnq̄m peius terribiliꝰ
⁊ crudelius ſenſerim· Vix ſermonē finiuit et ecce fatalis
hoſtis pſ̄to inſenſibiliter ſineq̄ ſtridore in corpus eius de-
lapſus hoſtilia ſigna eiecit: in media fronte cornu excreuit
e quo tanq̄m purulento apoſtemate pauloante inciſo puti
dus humor aſſidue effluxit· inde ꝑegrinante ſtupore ⁊ ocu
lorꝝ laſciuia ad reliqua membra in mentulā cōtemplatōis
aciem intorſi que tota fuit duriſſimo quodā cortice tanq̄
ſubligaculo contecta· ⁊ cum nullo ingenij radio inſoliti et
nauſeoſi ꝓdigij intelligentiā ac interꝑtationem complecti
potui inualeſcente paulatim nimia affectatione noſcendi
ediſcendiq̄ miraculi diſpoſitōem ⁊ morbi varietatem atq̄
naturā pedes ad velocem curſum inuitaui: qui officio ſuo
impigre functi om̄es ſolicitudinis nubes breui diſcuſſerūt:
ex ſylua equidem in duabus fere horis ad Hetruſcorum
agros precipuos nouitatum cultores peruolaui: ibi fama
obuiam duos potentiſſimos exercitus nō procul ab hoc
loco ꝓ Italie libertate pugnaturos nunciauit· repetens
aūt memoria alieni populi aduentū in aliquā prouintiam
cū preſertim id belli cauſa fit nō ſolū terrorem: agrorꝝ va-
ſtationem: famem: ignem: cladem ⁊ alias calamitates in-
ferre: ſed peculiaria etiam damna: inſolitos ⁊ inuiſos mor
bos poſt ſe relinquere: in mentem venit ad caſtra hoſtium
mox feſtinandū eſſe: ſi et iſta feda lues militū comes foret
ex cuius euentu cōiecturari poſſet vniuerſum genus hu-
manū eius feditati obnoxium fore: ⁊ per eam illud vatici
nium expleri qđ ex tiberino flumine pauloante euenerat·
Incidente interim clangore tubarū ⁊ equorꝝ ſtrepitu: cur

ſum ꝑtime valla ꝛ aggeres quibus turme ꝛ cohoꝛtes cir cumſepte fuerant deflexi: tunc foꝛte inducie celebꝛate ho ſtes vtrimqꝫ hinc ex Karoli Galloꝝ regis legionibus qui Italiā ſue ditioni ſubiugare conabaꝷ: illinc vero ex diui Maximiliani Ceſaris ꝛ inſubꝛiū pꝛīcipis exercitibus qui Francoꝝ inſultus a libertatis Italie ceruice ꝑpulſare la boꝛabant ad colloquiꝫ victus alioꝝqꝫ commertioꝝ fa ul tatem admiſerunt: quo iure ꝛ ipſe fretus vnaqꝫ familiari bus ꝛ notis aſſociatus ad ſpeculādos caſtrenſes laboꝛes: miſerias ꝛ erumnas: inquirendūqꝫ iſtum incognitū ꝛ fa- talem moꝛbū nullum in caſtris angulū: nullūqꝫ locum pꝛe teriui quē non diligenti inueſtigatōe examinaſſem: donec (pꝛochdoloꝛ) pernicioſiſſimū hoſtem qui miſerā moꝛta- litatem afflicturus ꝛ omni genere cruciatus diſcerpturus eſt offendi. O quid vnqꝫ terribilius et abhomīabilius hu manis ſenſibus occurrit: difficile eſt dictu creditu fere im poſſibile quanta feditatis putredinis ꝛ ſoꝛdiū colluuione: quantiſqꝫ doloꝝ anxietatibus nōnulloꝝ militum coꝛpoꝛa inuoluerit. Aliqui etenim a vertice ad vſqꝫ genua quodā hoꝛrido ſqualido ꝯtinuo fedo ꝛ nigro ſcabiei genere nul- la parte faciei (ſolis oculis exemptis) nec colli ceruicis pectoꝛis vel pubis immuni relicta perculſi: ita ſoꝛdidi ab hominabileſqꝫ effecti ſunt ꝙ ab oīmbus cōmilitonibus de relicti ac etiā in plano ꝛ nudo campo ſubdio emarceſcen- tes nihil magis ꝙ̄ moꝛtem expetiuerūt. alij hanc ſcabiem per interualla ſed multo durioꝛem arboꝝ coꝛtice vel ſinci pitio fronti collo pectoꝛi vel occipitio natibus ꝛ alijs coꝛ- poꝛis partibus ingeſtā vnguibus pꝛe nimio doloꝛe euelle re moliti ſunt. Ceteri tanta verrucaꝝ ꝛ puſtulaꝝ frequen tia in oīmbus coꝛpoꝝ membꝛis deſcatuerūt ꝙ earum nu merus nulla certitudine complecti potuit. ex plurimoꝛum

tamen faciebus auribus ꝛ naribus quedã craſſe et ſcabꝛe puſtule in longum inſtar ducilloꝝ vel potius coꝛniculoꝝ poꝛrecte peſtiferoq̃ putoꝛe fluide erumpentes exertoꝛum dentium ſimilitudinẽ exhibuerunt: hij cũ incomodi ſui mi ſereri debebãt riſum ꝛ ludibꝛiũ in ꝓpꝛiam perniciem exer cuerũt. alij ↄtra nõ nimiũ vel riſu vel ioco laſciuierũt: ſed gemitu luctu ꝛ miſerandis clamoꝛibus miſeriã ſuã ꝓpter membꝛi naturalis exulceratõem ꝓſequti: cõmiſeratiõem agreſtiũ ꝛ ſimpliciũ hoĩm (ceteris oĩbus quibus ſolertie lumen inerat hoc dirum ſpectaculũ abhoꝛrẽtibus vel ſoꝛdidos laboꝛes fugientibus) in ſe cõmouerũt: qui relictis aratris cum herbaꝝ manipulis ex agris affluxerunt atq̃ earum ſuccos in languida et verrucoſa membꝛa impꝛeſſe runt. pleriq̃ barbari ſutoꝛum atramentum ꝛ alia pꝛo ſua quiſq̃ induſtriola q̃ fructum afferre ꝛ ſanitatem ꝓmouere arbitratus eſt applicuerũt. At his oĩbus nihil vel paꝝ ꝓficientibus et moꝛbo ipſo nõ ↄtento hoc hoĩm numero vt eos ſolos tantis paſſionum cruciatibus afficeret: vene num ↄtagioſum in multos ſpectãtes Jtalos: Teutones: Heluetios: Uindelicos: Retos: Noꝛicos: Batauos: Mo rinos: Anglicos: Hiſpanos ꝛ alios quos belli occaſio in copias conſcripſerat tranſfudit. Chyrurgi quos pꝛeſum ptio potius q̃ rerũ expientia expertos efficere ſolet hinc vel laudem vel lucrum ſperantes balneoꝝ vſu: ſudoꝛum ꝓuocatione: ſinguloꝝ membꝛoꝝ inunctionib⁹: aquis alu mine: vitriolo albo: aliiſq̃ acutis rebus coctis: iſtã tabem repellere nitentes Egrotos in ſeuioꝛes debilitatis ꝛ dolo rum ꝓcellas dieceruͭt atq̃ ita diecerunt vt nemo vnq̃m his hominibus miſerioꝛ ꝛ erumnoſioꝛ inuentus ſit. poſtq̃ vero infectio ab illis nõ ſolum ad vicina loca ſed omnes fere terraꝝ regiones perrepſit: ꝛ ea pꝛoceres ꝛ magnates

reges ꝛ principes laborare ceperunt: populariū medicoꝝ auaritia que oēs humani corpis defectus fallaci vrine iuditio complectit ꝛ pecuniaꝝ multitudine abigit istā pe stiferam calamitatē primū his medicinis ex vitaliū spiri tuum arce expellere sanitatēq; ex sanguinis cōceptaculis euocare conata est: quibus cōmunis ꝛ aduerse valitudi nis tempestates sedari sanitatisq; vigor recuperari solet. At opitulamine isthoc multo minus q̄ prioꝝ cecitate pro ficiente ad alia medicamentoꝝ genera ingeniū solertiaq; ꝯuertitur: in quibus inueniendis ꝛ excogitandis totū cō templatōis acumen amisit: vnde desidia ꝛ ignauia torpe scere coacta multo minus fructus ꝛ vtilitatis in medium attulit q̄m agrestiū diligentia vel Chyturgoꝝ ambitio. Interea tempis per clandestinā Galloꝝ ambitōem exer citus fuerūt dissoluti: ipse cū nōnullis negociatoribus in Pannoniā deinde in Sarmatiā ꝓfectus sum ex quo lo co patrios lares rursum repetij vbi cesaris familiaritatē aucupatus nihil charius ꝛ iucundius vnq; obtinui: cum ꝓpter clementissimi principis multaꝝ disciplinaꝝ noticiā: tum etiā peregrinatōem quā ob id precipua veneratione ꝓsequitur qđ dux ꝛ venatrix esse solet ingenue eruditōis: elegantiū morum: doctrine: diuine sapientie prudentie et modestie ac oīm aliaꝝ virtutum: domi etenim interparen tum amplexus ꝛ oscula nihil hoꝝ inuenias. Ideoq; cesar ille noster nisi principatus aut longe et late ditionis gran dissimis negotijs ab ea peragenda remoratus fuerit: raro quiescit. ꝛ cū me fortuna emulū ꝛ cōmilitonem tanti prin cipis effecerat minime sub tectis torpescendū ac etiā post tergū eius in natali barbarie ꝑseuerandū ratus vt indices et in horas peregrinis disciplinis peritior euaderem: ad aliquot annos quocumq; locoꝝ profectus est studui eius

lateri primus eſſe. quo tempore mihi omia ſatis pſperé ⁊ ex ſententia euenerũt: quoad iſta feditas per totũ Germanie tractũ vrbes: oppida: caſtra: pagos ⁊ villas craſſata: me ex improuiſo inter ambulandũ Auguſtenſi in agro adorta eſt: ⁊ primã venenoſam ſagittã in glandem priapi defixit: que ex vulnere tumefacta vtriſq3 manibus vix cõprehendi potuiſſet: quo circa territus meſtuſq3 ad oppidũ in ſolitũ hoſpitiũ redij: vbi incertus rem ne amicis detegerem an ſilentio pertranſirem aliq̃mdiu egreſſu in publicũ me abſtinui· adeuntes aũt (vt fit) amici ⁊ neceſſarij forte ex coloris mutatiõe infirmitatẽ ſeu aduerſitatem ſuſpicati impenſiſſime rogauerũt: quid rei me tantopere perturbaret: ⁊ cũ preverecundia diuturno tempore latens periculum edicere nõ audebã euictus tandem multis precibus ſub quodã inuolucro ingruentem neceſſitatẽ aperui: me a rabido morbo quem gentes gallicũ ſeu franciciũ appellarent circumvallatũ eſſe: quo verbo vix ex ore emiſſo mei amantiſſimi nõ aliter terga verterunt q̃m ſi hoſtes nudis armis ꝓpe in ceruices eoꝝ incubuiſſent: nec deinceps vel hoſpitioꝝ ſocietatis vel amicicie iura obſeruauerunt: que nfidelitas nouũ merorem ex intimis viſceribus excitauit: tunc inq̃m apud me ipm vanitatem dolos fraudes et perfidiã huius mortalitatis crebris ſuſpirijs hincinde penſitaui: at cũ ex omibũs mundi leuitatibus haud tantũ firmitudinis cõſtantie ⁊ ſoliditatis tota ꝯſiderationũ mole deccerpere potui quantũ in vnde decurſu intelligi poteſt me ſine moleſtia a ſocioꝝ ꝯſuetudine ⁊ omi aulico faſtu auocans vltro in ſolitudinis carceres conieci. Uerũtamen poſtq̃3 offitij exercitio ⁊ militie labore qui cogitatões a dolorum punctionibus auertere et omnes egritudinũ moleſtias vt plurimũ refrenare ſolent carui: tumor ipeglandis in mille fiſtulas reſolutus eſt: que quidẽ putidã ſaniem ad quatuor

b

fere menſes iugiter euomuerūt: Et cū eamipſam ſuppura
tõem que ꝛ in penem ꝛ coleos deſcendebat eoſdēq; ꝑ ma
gna parte exulcerabat nullo medicamīs genere ſiſtere po
tui: quendā empyricū ſolertia ꝛ arte perſpicuū confugi: q̄
diapaſmate exulceratõem aggreſſus tantū dolorem intu
lit ꝙ nullius membri compos fui: eo tamen inſpergimine
qualecūq; fuit peſtifera q̄litas in q̄tuor et viginti horis ad
obedientiā redacta ex hoc ſuppurato et arcto loco retro-
ceſſit atq; in multis alijs locis verrucas paſſim in cutis
ſupficiem eliſit: vbi latiorem ditionem nactus nulla cele-
briū ꝛ illuſtriū medicoꝝ induſtria: nullaq; medicinaꝝ vir-
tute opprimi ꝛ expelli potuit. qua re animaduerſa lucrio
num ꝛ circulatoꝝ copias acciui vt hoſtis pertinaciā teme
ritatem ꝛ inſolentiā vna vincere elaborarent: tum vnus e
cetu audatior ceteris: qui ſartor quondā fuerat ac cū non
ſatis lucri ex ſuo artifitio haberet medicine ꝓfeſſiõem ſibi
vendicauerat monuit vt bono eſſem animo: ſuis eīm inter
polis ſolus aduerſariū fugare vellet: huic vitam ſpe ſani-
tatis fretus credidi: forte aliquo furatus erat emplaſtrum
ex argento viuo: alumine cõbuſto: reſina pini: ceruſa: litar
giro auri ꝛ argenti: maſtice: olibano ꝛ cera alba: quodqui
dem antehac ſummopere abhorruerā: eo me nō ꝯſideran-
te fraudem poſt modicā aūt temporis intercapedinem li
quido notante: apud calidā fornacem totum corpus meū
quotidie bis inunxit: nec opinio eum fefellit quoniā ſepti-
mo die me prorſus interpolauit mundū ꝛ politū in omni
bus membris effecit. quod cum factū fuit: eueſtigio equū
conſcendi ꝛ ceſarem vt prius ſequi volui. ſed anteq̄m ad
eius conſpectū perueni hoſtiles relliquias in cruribus ſen
ſi: in quibus dolor iteꝝ tantopere inualuit ꝙ neq; Ephi-
ppo incumbere nec alias deambulatõibus vacare potui.
eruperunt ſenſim in teretibus cruꝝ quedam tubera adeo

dura q̄ ad lapidum duritiā ſimilitudine acceſſerunt. hinc demū noui labores opus multo difficilius ꝑpetuaq̄ cura tio emerſit: quoniāquidem medici titulis ⁊ doctrina cele bres atq̄ honorifici odoratū ſuū ſolis redolentibus rebus enutritū nullo fetore inficere: nec tactum multo auro ſem per focillatum vulnerum ſordibus coinquinare volentes: opam ſuam in decimū menſem premūt. nec pharmacopo le ipi omniū rerum noticia affluentes qui medicinas ſuas in caucaſo monte et caſpijs alpibus queritant: aut apud Nilum fluuium vel Gangem colligunt: a Sauromatis Scythis ue mutuant̄ multū temporis paruo ere vendūt: ita quis talium hominū penuria vel potius inſolentia et nimio precio prius extabeſceret quā priſtine ſanitati reſti tueretur. niſi fortaſſe id apud ſuperos decretum ſit vt hoc diuinū genus hominū quod ſibi aliquando in deorum de ſpectum nimiū diuinitatis vſurpat debeat hac tempeſtate ingenio decreſcere ⁊ denſiſſimis cecitatis ⁊ ignorantie nu bibus irretiri ne egenti mortalitati in hac egritudine ſalu tem afferat donec eorum inſolentie ſcelus tali pena expia tum fuerit. a quibuſcūq̄ ꝑfecto conſiliū vel auxilium iam pridem expetiui hij ſe vel rem omnino ignorare dixerunt vel conſilioꝝ ſuoꝝ varietate ⁊ nulla ꝯgruentia tantis ani mum meū ambiguitatibus et erroribus inuoluerūt q̄ ad bienniū fere in cruciatuū tuberculoꝝ ⁊ exulcerationū flu mine iactatus: nullo pacto inde in ſanitatis ripas emerge re potui. Quare ſi volui priſtinis viribus reſtitui ex doloꝝ et anxietatum flumine eripi operepreciū fuit vt ex media barbarie (precipue quia diuinitus ordinatū eſt q̄ ſoli ru ſtici ⁊ barbari hunc morbū curare poſſunt) rudes hoīes (quicūq̄ hij forent) ſtercorarios: oletarios: pollinctores: ſatores: meſſores: vel ſarctores magno aut paruo ꝓcio cō ducerem q̄ iſta tubercula multoꝝ horribiliū ⁊ inſanabiliū

vulneꝝ ꝓnūcia:ſcalpris reſcinderēt tabemq̄ȝ inde euoca
rent:aut paſtillis:vnguentis : cerotis vel q̄buſuis alijs re
medijs repellerent· ⁊ ſane eoꝝ agreſtiū et ſimpliciū hoīm
ſtudio opera ⁊ diligentia (licet id magno labore longoq̄ȝ
tempꝫ actū ſit) iam ſcđo hac afflictione et diriſſime corre
ptus conualui:ita q̄đ ſolida opera iteꝝ exercere munuſq̄ȝ
apud regem ſcribendo et equitando ꝑfecte exequi potui:
niſi q̄đ hoc ip̄m gaudiū ad breue tempus durauit: q̄ equi
dem hunc principē ad oīa loca inſequi voluerit hic cre
brius inꝯueniens hoſpitiū ciboſq̄ȝ inſipidos ꝓpter varias
itineꝝ frequentatōes viaꝝ anguſtias et aſperitates guſta
re debebit:cumq̄ȝ raro poſt tergū eius remanſi ⁊ iſtis edu
lijs vti cōpulſus fui que natura mea prorſus abhorret:nō
nunq̄ȝ ſolo mulſo in agreſtiū caſis aluus impleta:et fatiga
tōem ingens membroꝝ inflāmatio ſepe ſecuta eſt: nequie
runt ſe vires corꝑis a malis humoribus tueri:que paula
tim labefacte offitio meo iā tertio dorſum frangere cepe
runt· vbi igitur ſenſi aduerſam fortunā ſeu inuida fata in
me tantopere excandeſcere ſuccenſioniſq̄ȝ ſue tela ꝓtende
re:morbū recrudeſcere nec cuiuſpiā homīs conſilium vel
ſubſidiū ſalubre extare:per abſentiā a domino multa ne
gligi:⁊ fortunas oīes diſſipari:grauiter in fatalia numi
na cōmotus oēm laborem opam ⁊ diligentiā meā armaui
armatoſq̄ȝ in ꝓprij ingenij penetralia imaginatōis et con
templatōnis ꝯceptacula immiſi: ſi inde remedioꝝ clipeos
q̄bus hmōi aduerſitatibus reſiſtereť rapere poſſent: et cū
impigre in paucis horis oīa memorie ſcientiaꝝ et expe
rientie armamētaria ꝑluſtraſſent inter diſcurrendū in ar
cellam quandā inciderūt que multa p̄teriti tempis euen
ta ⁊ eoꝝ cauſas ꝯtinuit:Ex quibus modū ꝯſiderandi eli
ciendiq̄ȝ originē iſtius colluuiōis.ſ·quo e fonte emanarit:
deoꝝ ne diſpoſitio:ſtellaꝝ opus:fatoꝝ machinatio:an for

tune ludibriũ exiſtat ac q̄ via corpa adoritur: ⁊ que mem-
bra potius excruciat: quinimmo medicinaliũ mucronũ q̄
bus iratoꝝ numinũ vis ab humana fragilitate arceri po-
teſt magnũ numeꝝ inde exprompſerũt. quaꝝ rerum certi
tudini innixus: imprimis fateri audeo: hanc ſquarroſam
peſtem qua iam mortalitas tamdiꝛe affligitur deoꝝ excan
deſcentiã atqꝫ vltionem exiſtere: eo ꝙ ꝓbitas vitio: ſcelus
laudi: religio ludibrio: iuſtitia pene: fides violentie: iuſiu-
randũ fraudi: innocentia culpe: fortitudo temperantia et
om̄es alie virtutes cõtemptui dari ſolent. id ſolum apud
noſtri eui homines bonũ rectũ honeſtũqꝫ eſt quod perpe-
tuo cũ bonitate et honeſtate pugnat: nec mortalis cecitas
multũ formidat iſtas penaꝝ turbulentias q̄s celeſtis pa-
rens tam clementer hactenus ꝓpter hec ipſa flagitia ſibi
inflixit: nouã igitur pernitiem incuſſit cuius eſt tanta tru-
culentia vt ſi ea non reſipiſcat tetrioꝛqꝫ lues ſeq̄tur de toto
mundo actũ eſſe iudicari poſſit. at ſi quis hoc infitiari vel
let in promptu habebit argumentũ quo ei occurretur: ſu-
perioꝝ em̄uero ſeculoꝝ nullũ fuit ita purum integrũ ⁊ im
maculatũ qđ immune remanſiſſet ab aduerſitatũ et affli-
ctionum incomodis et illis tempeſtatibus cõmumes fra-
gilitatis exceſſus inſolentia: nimia pecuniaꝝ cupiditas: lu
xuria: liuor: ſingulis penis vel diluuijs: ꝯflagratõibus: lo-
cuſtarum ⁊ ichneumonũ morſibus: vel fame: clade ⁊ peſti
lentia expiati ſunt: iam aũt noſtra delicta nõ ſolũ his fla-
gellis que om̄ia ſimul vno momento in nos craſſant̄ ſed
longe ſeuioꝛibus miſerijs ⁊ erumnis expiant̄: Quare ne-
ceſſario ſeq̄tur vt vita noſtra ſit nefandioꝛibus vitijs q̄m
maioꝝ noſtroꝝ commaculata fedata et depꝛauata: ꝓpter
quã quidem prauitatẽ hoc dirũ malũ ⁊ oĩm horribiliſſimũ
nobis impreſſum eſt. Nemo tamen inficias ibit qđ ſcđo
inſererendũ duxi: naturã ⁊ ipa ſydera in huiuſce mali pro

creatõe ꝯcurriſſe q̄ erraticaꝝ ſtellaꝝ ꝯgreſſus ſunt ingentium et horribiliū opꝫm effectores:cūq; exactis annis quedā inſolite ꝯiunctiões acciderūt et hūanitas pauloante in ſylua aſſeruit ſe ſaturni ⁊ jouis coitū in ſcorpione timere: plane argumentandū eſt eandē ꝯſtellatõem materiem ad minus pparaſſe:hec inq̄m eſt apud omnes aſtroꝝ peritos trita vulgataq; opinio ꝙ iupiter ſit parens tutor ⁊ cõſeruator (licet alij phebo hoc attribuāt) ſanguis ⁊ oīs vitalis ꝟtutis:Saturnus ꝟo illū infeſtū ⁊ nociuū humorē quē atrā bilem ſiue melancoliā vocitāt generat defendit ⁊ cõſeruat:Mars bilem ſiue colerā:⁊ ex quo frigidus ⁊ ſiccus Saturnus eleuatiõe ſui ecentrici iouem in regno martis oppreſſit:⁊ mars tanq̄ dux ⁊ gubernator illius pugne jouem deſerens Saturno opem tulit vna admiſcuer̄t ſuas peſtiferas q̄litates ſalubribus jouis hūoribus in q̄bus animantiū vita ꝯſiſtit:eoſq; penitus ex ſua ꝓmogenia natura deijcientes ad inflāmatõem:corruptõem:putrefactõem ⁊ exiciale venenū vendicauerūt:vñ hic eſt ille fatalis hoſtis quē tociens nomīaui ſaturni ⁊ martis ꝑnitioſum opus: q̄ primū in jouialia corꝑa q̄lia galloꝝ cenſent (hij em̄ ante omnes fere mortales hūc morbū ſenſiſſe vident̄ ob q̄d ⁊ morbus gallicus a gentis noīe appellari ceperat) demiſſus eſt:anteq; oīa poſſeſſiõem epatis ſine tumultu ſtrepitu ⁊ moleſtia capeſſit. eſt certe eius nature ꝙ leſionem membris nõ ſolet repente ſed poſt ſpaciū triū menſiū (tanto eq̄dem tꝑe q̄rtum mēſem inſidijs oportunū expectās ad aggrediēda cū impetu cetera membra ſe parat) ingerere: ⁊ qñ iam in ea capitali arce totius regionis corꝑis ꝓſus concaluit: ac tuta ꝑſidia ꝯtra oēm vim ſibi parauit:virus tormenta cū ſumma importunitate ⁊ ſeuitia in vicina loca cordis pulmonis ſplenis atq; teſticulorum domicilia torquet: q̄bus infectis in remotiora caſtella q̄bus ratio preſi

det toꝛmentoꝝ atrocitatem dirigit:nō ceſſat venas:arte-
rias:neruos:artus:muſculos:articulos:oſſa et carnem in
fectione perſequi : donec totam ditionem anime ſue intol
lerabili ſeruitute ſubigit:qđ cum factum eſt:interna om̄ia
hoſti parent:exterioꝛibus membꝛoꝝ tractibus inſidie ſtru
untur : indicit etenim medicis bellum exponens in cutis
ſuperficiem odij ⁊ diſſenſionis vexillum vnam verrucu-
lam: que lunaris curſus termino in grandem puſtulā ex-
creſcit:duobuſqꝫ vel ternis menſibus in aliqua coꝛpis par
te perſiſtens venenoſam humiditatem ſemꝑ emittit : quo
ſigno laceſſiti medici : cum itidem oppugnantes magnā
qꝫ vim medicamentoꝝ impellentes vel eripere vel ſup-
pꝛimere conantur at nihil nocumenti inferre poſſunt:tur
pem pactionem cum hoc ipſo hoſte inire coguntur:quod
ipſum videlicet libere ⁊ ſine impedimento velint permit-
tere ad vnum luſtrum tyrannidem ſuā in miſellā huma-
nitatem exercere:eandem confodere: exanimare et infrin
gere:quod fedus inter eos ita firmū remanet qđ nihil vn
q̄m ſtabilius ⁊ cōſtantius audierim vel viderim:pꝛofecto
in decenniū fere ita laboꝛat̃ hoc moꝛbo qđ conſtanti ſalu
bꝛiqꝫ medicina nunq̄ꝫ ſuccurſum eſt. Interim cū hec pͥma
puſtula amolitur vel ꝑ ſemetipſam euaneſcit: alie innume
re per totum coꝛpus in cutis ſummitate erumpunt: in ea
pene multiplici ſpecie qua gallos ſuperius occupatos fu-
iſſe recenſui:in melancolicis q̄dem nemo ambigit grandi
oꝛes putridioꝛes fetidioꝛeſqꝫ enaſci que et ꝓꝛius nigre et
ſcabꝛe exiſtūt ꝓpter atrū humoꝛē q̄ alta congerie putrefa
cti ſanguinis inflāmateqꝫ colere ad tantā illuuiem a natu
ra ex vite domicilijs ad exterioꝛa pulſus exurgit:nec mul
tum minoꝛes in hominibꝰ bilioſis cernunt̃ quippe ad di-
ſcoꝛum q̄ntitatem aliq̄n accedunt: niſi ꝙ he durioꝛes ſunt
ſubnigre et ſicce cutem mirūmmodum artantes pꝛopter

nimiā caloꝛis habundantiā colere videlicet in q̄litate ex⸗
ceſſum que putridū ſanguinem ita toꝛrefacit q̄ ipſa toſta
ſcabꝛicies nihil humiditatis reddere poteſt:ob id pacien⸗
tes magnis cruciatibus nō aliter q̄ſ ſi toꝛris cuti admotus
eſſet afficiunt: at iſte vuide ſubuculas vel quo alio nomi
ne vocant linea indumenta immūdo tenaci et viſcoſo li⸗
quoꝛe crebꝛo humectant:ſicut omnis ſudoꝛ quē his moꝛbi
ſpeciebus infecti emittūt glutino ꝓxime aſſimulat:in qua
re hee ipſe ſpecies om̄es ꝯueniūt:et in eo q̄ oīs pſoꝛa quā
natura hoc modo etiā in pituitoſis ꝛ ſanguineis ad coꝛpis
extremitates egerit in capite ad nigredinē atq̄ꝫ duritiem
vergit licet in pleriſq̄ꝫ albeſcat molleq̄ꝫ cutem foꝛti tactui
offerat:tamen id raro ꝯtingit.differūt aūt ſm coꝛpm cōſti
tutiones:humoꝝ varietatē:q̄ntitatem:q̄litatem:immani⸗
tatem ꝛ lenitatē: quia phlegmatici multo lenius ꝛ clemen
tius a ſcabie moleſtant que in eis nō eſt tam grandis cre
bꝛa vel aſpera neq̄ꝫ tam ſoꝛdido liquoꝛe lintea ꝛ veſtimen
ta inficit:digitis certe paurillulū cōpꝛeſſa ꝓpter pituite af
fluentiā humoꝛē candidū expuit qui neq̄ꝫ paciētibus neq̄ꝫ
alijs viſentibus magnū hoꝛroꝛem inijcit:ſic ſanguinei ſuā
molem pacientius ferunt:ſeipſos rident ſubſannātq̄ꝫ cum
in cōuiuijs ex madentibus verrucis ſaniem ſua ſponte ef
fundentibus in menſas colligere ſolent: hoc ſolū moleſtiā
affert q̄ veſtimenta diu noctuq̄ꝫ hoc ipſo ſanioſo humoꝛe
madent: Ex q̄bus liquet illud ſeuū genus moꝛbi in q̄tuoꝛ
peculiares ſpecies que in q̄ntitate et om̄i q̄litatum diſpoſi
tione a ceteris puſtulaꝝ verrucaꝝ ꝛ ſcabiei ſpeciebus diſ⸗
crepare ſicut ꝛ inter ſe diſtare vident partitas eſſe:ꝛ in ſin
gulis plures humoꝛes ſimꝉ errare ſoliteq̄ꝫ ꝛ debite actōis
callem exire:ꝓpter q̄ꝺ et cauſe incognite ꝛ medicine diffi⸗
ciles hactenus fuerūt:id certe ꝓpꝛio in coꝛpe exptus ſum:
dum eſtuanti epati refrigerātibus rebus ſuccurrere volui

ingentes capitis dolores ꝓmouit:rurſum cū nimiā cerebri
humiditatem ſiccis medicamētis refrenare molitus ſum
inteſtina magis atq; magis arſerūt: donec per meipſum
om̄ia egritudinis momenta diligenti ꝯſideratōne diſcuſſi
⁊ poſt multas afflictōnes rerūq; mearū diſcrimina ſanitati
mee acutius et circūſpectius ꝯſulere cepi.longe mihi cre-
de grauior eſt iſte morbus q̄ȝ putarā:Namq; ex eo ſordiū
flumine qđ tercio loco ꝓ ſcđo incomodo ponendū putaui
cū iam vetuſtas natura vel medicinalis virtus oēm ſqua
lorem abextra abſumpſit ⁊ ſe q̄ſq; iā a tyrannide liberatū
autumat: noui dolorꝫ riuuli emergūt qui in venulas arte
rias artus ⁊ iūcturas membrorꝫ colligunt̄: et in nōnullis
tantos cruciatus excitāt ꝙ q̄draginta ſexaginta centūue
noctes ꝑſus inſomnes ducunt. aliqui totis diebus et no
ctibus omni ſomno abacto caput dolent. Alij ineffabiles
punctiones grauedineq; in ſcapulis ſentiūt:ceteri in cubi
tis genubus vel crurꝫ teretibus:poſtremi in iſtis omnibus
membris ſimul:hij nec ſtare nec ingredi nec quicq̄ȝ operis
humani ꝑficere poſſunt.et id eſt cauſe:dum iſtud venenū
hoc modo vt enumeraui in corpus ingruit:et natura ma
gnā nociue materie partem ad extremitates excuſſit atq;
in relliquijs abſumendis deſudat:in ipſo opere qđ ciborꝫ di
geſtioni accomodari deberet tota inteſtina regio multis
malis vaporibus implet̄.q̄mquidem a calida ⁊ ſicca ſqua
lorꝫ alluuie leues ⁊ acute exhalatōes in altū exurgūt:a pu
trida vero craſſe nebule ( vt ex locis paludinoſis effumari
ſolent) aſcendūt ad caput ipmq; p̄ frequētia ad certos di
es ferme diſrumpe vident̄ p̄ſertim poſteriorē ꝑtem que in
fumibulis ſiue feneſtris oīno caret vn̄ natura ſe in eo loco
haud tantopere a malis q̄litatibus vt in ſincipitio vbi ꝑ na
rium foramina pleraq; ꝯtraria eijcit defenſare poteſt:ipm
ergo occiput ꝑſus infractū apparet:in hac crebra exha-

lationũ incuſſioẽ ꝛ repcuſſione q̄cq̄d phlegmatis in capi
tis teſtudĩe inheret id ſenſim inde deſcindit̃ ꝓximaſq̄ ve
nas vna cũ ſubtili vapore ad ceruicẽ petit: quã aliq̄mdiu
nec flecti nec erigi ſinit: poſtea ad ſcapulas decidens tan⸗
tam ḡuedinem infert q̄ ſe quis molarẽ in humeris ferre
exiſtimat: donec calor obuius viſcoſam molem reſoluit et
id qđ eſt ſubtilius ad tenuiores arterias ꝛ neruos groſſi⸗
us vo ad ampliores venas et iũcturas admittit: illud in
cubitis ꝛ genubus inflationes ꝛ in crurũ ſcalis vbi mate⸗
ries ḡdibus ꝯtineri pōt tubercula edit: iſtud calidũ ꝛ acu⸗
tum in eiſdẽ locis ad viuidã ſubam penetrãs p̄ſatos cru⸗
ciatus generat: q̄ ꝓpter gelu nocturno tp̄e potius q̄ȝ diur
no vrgent: q: per antiparistaſim calidũ ꝛ acutũ calidius ꝛ
acutius reddit̃ · quã incomoditatẽ terciũ periculũ exulce⸗
ratio inueſtigijs inſeq̄ ſolet: em̃uero tubera vel per ſemet
ip̃a rumpunt̃ ꝛ tũc longo tp̄is decurſu induratus humor
reſoluit̃ ꝛ ille q̄ eſt acutus ꝛ corroſiuus circũferentiã eius
loci per quẽ erumpit aſſidue corrodit q̄ ingentia horribi⸗
lia et inſanabilia vulnera inde effodiunt̃ que ad bienniũ
trienniũ vel q̄nquenniũ aliq̄n durant et in pluribus om̄ia
oſſa denudãt: vel p ſanniones: linarios: tonſores: bractea
reos: vitrarios: pelliones: clauſtrarios: ſutores: ſarctores:
ꝛ alios oĩs generis leues homĩes q̄ ex ſordidiſſimis offici
nis: popinis: tabernis ꝛ pſtibulis ad ꝓfeſſioẽm cure iſtius
egritudinis egreſſi cum vnguentoꝝ ꝛ kataplaſmatũ pilis
atq̄ȝ telis hoſtem expugnare conant̃: in fluida ſordidaq̄ȝ
vlcera que ꝑpetuo excruciãt redigunt̃. Egroti cũ deſpe
rati cũ clinicos ſeu iecticularios medicos ꝯcordiã cũ mor
bo ſanxiſſe ꝯſiderant ampliſſima ſtipendia volentib⁹ cura
re ſtatuũt q̄bus integri exercitus hmõi opificũ ꝛ lictoꝝ ve
ſpillonũ ſcurraꝝ ꝛ paraſitoꝝ allecti ꝯfluunt: inexercitatas
q̄ȝ in arte medendi manus laceris corꝑibus accomodant
quoꝝ impitia tãtas anxietates affert q̄ntas hũana lingua

haud facile verbis ꝯſequi q̄nimmo vix quiſpiā ſumma cogi
tationū copia apprehendere pōt·hoc inq̄m ꝓfiteri audeo
iſtud cruciatuū genus qđ iſti deceptores in exiccādis pu-
ſtulis:tergendis vulnerib⁹:exhauriēda ſanie: fingendaq̄
ſanitate inferūt vltimā in hac vindicta ⁊ peculiarē calami
tatē ac etiā multo truculentiorē ipa tabe exiſtere:ob id eos
ipſos hūane vite p̄dones ⁊ depopulatores gladio: cruce:
ꝯflagratōe:ſubmerſiōe:afficiendos ⁊ a ciuitatib⁹ pagis ⁊
arcibus om̄ibus alijs atrociſſimis penis deterrēdos eſſe.
Uerūēm̄uero torpeſcente iā principū iuſticia et medicine
ꝓfeſſoꝝ ſolertia iniurias ſpectāte ſolus paucoꝝ ſapientū
ſubſidio fretus medicialia arma quoꝝ pleraq̄ ex ꝓprij in
genij et experientie ſcrinijs deꝓmpta ſunt adūſus ſepefatū
hoſtē exercebo:vt afflictā hūanitatem nō ſolū ex eius fau
cibus ſed etiā ex oīm deceptionū ⁊ fraudū flumine falſoꝝ
medicoꝝ eripiā ſed anteq̄ pugnā aggrediar hoſtilia loca
certis oppugnatōis p̄ſidijs circūuallanda ⁊ in his ꝑtibus
validiori munitōe firmāda ſunt q̄bus plura doloꝝ ꝑicula
incumbūt: qđ circa genitalia vbi ſunt venaꝝ ꝯfluges p̄ci
pue ꝯtingit:cū certe hic ipe morbus toti corpi oībus et ſin
gulis mēbris infeſtus eſt:tū inq̄m genitali membro qđ in
viro a ꝓbatis autorib⁹mentula vocitat̄ moleſtiſſimus ex
iſtit:iccirco q: ⁊ greci egritudines ab ijs mēbris q̄bus in-
cipiūt vel ledentes hūores copioſius ꝯfluunt frequent̄ no
minauerūt:vt mentagrā:podagrā:chyragrā ⁊ iſta ſcorra
crebrius in mentula exorit̄ que longe etiā atrocius q̄ ce-
tera membra ab eo torquet̄:nō inepte mentulagrā hoc eſt
mentule dolorē appellauerim. Eſt aūt magnū ⁊ amplū ꝓ
pugnaculū eo mō ꝯſtituendū vt totū corpus in quo mor-
bus atrocitatē ſuā exercet intra ſe recipiat:ſitq̄ om̄i ꝑte te
ctum et integrū ne vel pluuie incidere vel venti inſpirare
poſſint:vti ſudatoriū ad hanc rem ſi p̄ſertim mediocri ca-
lefactione inſtructum fuerit nihil cōuenientius et vtilius

eſſe põt: ex quo medicinaꝝ machine aptiſſime in corpus
torqueri queunt neqꝫ ſolis calores neqꝫ ventoꝝ flatus ad
uerſa accidẽtia admouent· poſtq̄ igit̄ egrotus eſt hoc ipo
ꝓpugnaculo circũuallatus in calido ſudatorio incluſus ex
diſpoſito inſidiaꝝ ſpicula expromi et in eã corporis partem
immitti debent vbi aduerſarius fortior ⁊ potentior exiſtit
qḋ in epate potiſſimũ ꝯtingit: inde eq̄dem oẽs eius vires
ad ceťa membra effluũt,· q̄mobrem epatis porte p̄mo ſcal
pris infringant̄: hoc eſt vene ad epar attinẽtes incidant̄:
ex quaꝝ inciſione emiſſus ſanguis multũ nociui humoris
ſecũ egeret: ipſamqꝫ inflãmatõem primariã morbi cãm ꝓ
mag̃ parte minuet· poſſunt etiã nõ incomode ille vene in
dextro pede (in eo em̃ latere minutio fieri debet) que ad
magnã ⁊ mĩmã pedicã ingruũt ferro aperiri: q̄m eã apti
one mala q̄litas a nobilioribꝰ membris ad inferiores p̃tes
vbi minus periculi inferre valet diuertit̄: ⁊ de q̄nto ocius
iſta venaꝝ inciſio perficit̄ tanto vberiores fructus affert:
in principio inquã omne nociuum ſepe euacuat ante ve-
ro egritudinis inceptionem frequentata multos a tabe
conſeruat: ſed vt certis temporibus prodeſt ita nõnunq̄m
in ſtatu quando infectio iam conſummata eſt nocet. cum
hoc pacto per ſanguinis emiſſionem hoſtis in viſceribus
cõturbatus eſt facile poteſt ad cutis extremitatẽ quibuſdã
potionũ generibus euocari. ℞ecipiat q̄s dimidiã librã re
centiũ ficuum: lentũ vncias tres: liquiritie raſe ⁊ inciſe vn
ciam vnã: buliat in q̄tuor libris aque ad ꝯſumptõem aliq̄
rum partiũ quo potu ſobrie calido alias frigido quotiens
ſitis appetitus bibendi ſuſcitabulũ cõmouerit vtatur: ſen
tiet breui oẽm intrinſecã ſcabiem ad corpis ſup̃ficiem ex-
cuti cuteqꝫ totã ad ſordiũ ⁊ puſtulaꝝ alluuiem aſſurgi. cũ
factũ eſt hauriat ſequentẽ ſyrupũ ſingulis ebdomadis ma
ne anteqꝫ e lecto ſurgat: capiat̄ endiuie: epatice: luppulo

rum:cappilloꝝ veneris:bugloſſe:boꝛaginis:acetoſe:vniuſ
cuiuſqꝫ manipulus dimidi⁹:abſinthei:fumi terre:ſcabioſe
vniuſcuiuſqꝫ manipulus vnus:floꝝ violaꝝ:roſaꝝ rubeaꝝ:
boꝛaginis:bugloſſe:ſinguloꝝ dragma vna:oꝛdei mūdati:
liquiritie raſe:berberoꝝ:vniuſcuiuſqꝫ vntia dimidia:paſ/
ſulaꝝ mundataꝝ vntia vna:ſene mundate:epithimi:poli/
podij quercini:ſinguloꝝ media vntia:ſeminis aniſi:fenicu
li:petriſelini:vniuſcuiuſqꝫ dragma vna:que ꝯtuſa ſimulqꝫ
in octo libꝛis aque ad cōſumptōem tercie partis decocta
ſtent ad q̄tuoꝛ hoꝛas:inde expſſo liquoꝛi addat᷑ vna libꝛa
zucari vel mellis ⁊ ſcđo percoq̄tur tumqꝫ coletur:depura
tus certe ⁊ defecatus ſobꝛieqꝫ hauſtus totā hoſtis maieſta
tem in inteſtinis ꝯteret:qđ eſt om̄e peſtifeꝝ moꝛbi venenū
digeret et ad expulſiōem p̄parabit. tunc extemplo catapo
cia ſiue pilule que ip̄m omnino ex viſceꝝ arcibus extermi
nent inijciant᷑:ſumat pilulaꝝ de Reubarbaro:pilulaꝝ de
fumo terre ⁊ de hermodactilis ſingulaꝝ dragmā vnā et
dimidiā ꝯficiat triginta pilulas:de q̄bus ſingulis ſeptima
nis ſi aluus facile obedierit devoꝛet ſeptem:ſi pertinax fue
rit ⁊ difficulter diſſolubilis nouē vel vndecim vbi ꝑfecto
eas ip̄as medicias ebdomadatim (vt dixi) ad duos vel
tres menſes ꝯtinuauerit:obſ̄uato tamē alias bono vite re
gimine a mero ⁊ venere ſupfluaqꝫ cōmeſatōe p̄ſertim pi/
ſciū:fructuū:carniū humidaꝝ:vt ſunt poꝛcoꝝ:agnoꝝ:ca/
ſtroꝝ: oīmqꝫ aq̄ticarum auiū abſtinendo: pullis dūtaxat
gallinaꝝ:vitellis:hedis:capꝛiolis:turdis:perdicibus:faſa
nis:alpinis auiculis: aceto:agreſta: ſucco limonū grana/
toꝝ aut arantioꝝ cōditis:vino aqua de fumo terre mixto
aliquādo ſero capꝛino cū abſintheo ⁊ fumo terre vtendo:
cū gl'ioſa victoꝛia ꝯtra deterrimū inimicū ad optime vali
tudinis poꝛtū redibit. Sin puſtule ꝓpter groſſitiem longi⁹
in coꝛpe ꝑſtiterint: balneis exiccantibus ꝓmoto pꝛius per

Mithridaticũ antidotũ vel theriacã que ſobrie quinq̧ horis ante in vino aqua ꝑmixto ſumi debet abſtergant. Si vero dolor iuncturis membrorum inſidens quieti turbationes intulerit: perfricent dolentia membra crebro apud calidã fornacẽ calefactis linteis: vel illinat hoc vnguentũ: Sumant ſaluie: vreos: betonice: nucis cypreſſi: maſticis: vni⁹cuiuſq̧ due dragme: vnguẽti martiatonis vntia vna terbentine bote: pinguedinis taſſi: ſingularum vntia dimidia olei vulpini: olei de coſto ac camomile: vniuſcuiuſq̧ vntia vna: bdelij: oppoponacis: vniuſcuiuſq̧ vna dragma: croci dragma dimidia: mirrhe ſcrupuli duo: cere viridis quãtum ſufficit: Hec inunctio indies bis mane ⁊ veſperi celebrata ſedabit totũ dolorum tumultũ. niſi corroſiuus humor qui pauloante poſſeſſiõem iuncturarum capeſſit inde erumpens carnem et cutem nimia acuitate ſua ꝑfoderit: oiaq̧ vicina loca corrodens oſſa nudare ceperit: tum eius acuitati infrigidãtibus ⁊ exiccãtibus emplaſtris reſiſtendum eſt: Recipiantur due vncie ceruſe: litargiri auri ⁊ argenti vniuſcuiuſq̧ dragma vna ⁊ dimidia: maſticis: olibani: ſingulorum vntia vna reſine pini tres dragme: aluminis cõbuſti due vntie: ſucci malorum citoniorum vntia vna ⁊ media: cere albe: olei oliue q̃ntum pondus req̃rit: nullũ erit vulnus tã amplũ vel altũ qđ eo vnguento nõ ꝯſolidetur: carnem certe inſtaurabit ⁊ membra que exulcerata fuerãt ad priſtinum ſtatũ reducet. poſſunt ⁊ exulceratões aquis acutis crebro aſpergi: vel exiccãtibus balneis acetoſa: vitriolo albo: alumine ⁊ ſale coctis irrigari. Uerũquidẽ cũ vnus tã tener eſſet ꝙ nullam medicaminũ acrimoniã ferre poſſet: aquas ſolatri ſeu plantaginis cũ inſpergimĩe litargiri vel auri vel argenti vulneribus adhibeat: q̃mprimũ ad ſanitatis metã ꝑueniet. ſed queadmodũ hec medicamẽta maturant vulnerum ſanatõem vbi corroſiua materies eſt ſuffici

enter potionib⁹ pilulis vel alias bono vite regimīe ex ani me ſedibus expulſa: ita videnť eā nōnunq̄m potius remo rari q̄ꝫ ꝓmouere cū fluxus nō eſt intrinſecus per hmōi me dicinas reſciſus vel a loco vulneꝝ auerſus: nequeunt eīm emplaſtroꝝ vel aquaꝝ v̄tutes tanti eſſe vigoꝛis vt fluxū tā ſubtilem ꝛ acutū ſi p̄ſertim cū impetu in pꝛofſam carnē irruerit ſiſtere ꝛ cohibere poſſint· q̄mobꝛem ſtudeat quiſq̄ꝫ q̄ hac feditate infectus eſt aluū pꝛimo his medicinis quas iampꝛidē recenſui vel etiā ſimilibus in q̄litate et q̄ntitate ſm coꝛpis ſui ꝯſtitutōem mūdare: deinde puſtulaꝝ ſoꝛdē deſcriptis balneis: tum doloꝛem iuncturaꝝ ſuo ꝯgruo vn guento: poſtremo exulceratiōes p̄dicto modo abſtergere: ſedare ꝛ ſanare: validioꝛ ſanioꝛ et robuſtioꝛ erit q̄ꝫ vnq̄m antehac fuit. At ne vltimo celeſtem medicinā q̄ nihil vti lius ſalubꝛius ꝛ efficatius humane fragilitati accedere po teſt ſilentio pꝛetereā ꝯſulo cunctis moꝛtalibus nō ſolū hys qui huius calamitatis ſoꝛdibus coinq̄nati ineffabilibuſq̄ꝫ eius cruciatibus affecti ſunt: ſed illis q̄ eiuſce viliſſime fe ditatis amaritudinē nondū guſtauerūt: vt grauem ſceleꝝ vindicatoꝛē optimū maximū deū qui eamipſam pniciem egeſtati noſtre ꝓpter iſta tu pꝛſſima flagitia q̄bus iam vni uerſa moꝛtalitas ingurgitata eſt inflixit: deuotis oꝛōibus ſuis euincāt quo vel delictis ꝛ moꝛbi incomodis irretitos et aduerſe valitudinis ꝓcellis eripiat: in tranquillū tutū q̄ꝫ ſanitatis poꝛtū reſtituat: vel inſontes ꝛ egritudine va cuos inſecuritatis ꝛ immūitatis littoꝛe ꝯſeruet: Hic certe miſerationū pꝛinceps q̄ ſanitatē nō menſurat ſm meritoꝝ q̄ntitatē ꝛ ḡuitatem ſed ſue diuine gr̄e ꝛ miſcd̄ie magnitu dinē atq̄ꝫ multitudinē exili deuotōis pnīe ꝛ ꝯtritionis ra dio a miſeris pctōꝛibus cōmonitus ſalubꝛes medicinas e veſtigio effundet: que nō ſolū hūana coꝛpa ab iſta veneno ſa tabe ꝯſeruabūt: ſed eā in momento ꝓꝛſus auferent·